UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Didaci Covarrvvias A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis ... Opera Omnia

Covarrubias y Leyva, Diego de

Antverpiae, 1610

Svmma Privilegii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96556

Visual Library

APPROBATIO CENSORIS.

EGO infraſcriptus S. Theolog. Licenciatus, Canonicus & Cenſor Antuerpienſis, præſenti teſtimonio adfirmo, hæc DIDACI COVARRVVIAS Iuris, legumque Interpretis acutiſs. ac Iuſtitiæ Practicæ Coryphæi, OPERA OMNIA quæ ad nos deuenerunt, ab aliis alibi; nunc verò primùm Belgicis typis recuſa, & characterũ diſtincta varietate exornata, ſtudio & ære IOAN. KEERBERGI Typographi Antuerp. de Repub. litterariâ optimè meriti, non modo integrè & ex fide concinnata; ſed & pleriſque errorum labyrinthis repurgata, nouorumque operum acceſſione illuſtrata eſſe. Vtpotè quibus præter Auctoris doctiſſimum Tractatum de frigidis & maléficiatis ſeptem diſtinctis quæſtionibus diſputatum, indicem duplicem ſuis numeris abſolutum, inſuper acceſsère NOTÆ IOAN. VFFELI I.C. cùm Theoricæ, tùm Practicæ, in Variarum Reſolutionum libros: eæque Brabantiæ noſtræ decretis, ac conſuetudinibus accommodatæ. Quæ, quod non parum lucis reliquò operi additurae ſint, eoſque qui in Iuſtitiæ palæſtrâ deſudant, velut adminicula quædam ducturæ, ne in mediis vndis (vt aiunt) Tantaleo more diſcendi ardore animum contorqueant, magno Reipub. commodo ſimul etiam luce donanda cenſeo. Datum Antuerpiæ XII. Kal. Mart. cIↃ. IↃc. x.

LAVRENTIVS BEYERLINCK.

SVMMA PRIVILEGII.

ALBERTI & ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ, Archiducum Auſtriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimorum Belgicæ Principum Priuilegio cautum eſt, ne quis, Opera DIDACI COVARRVVIAS, cum notis IOANNIS VFFELI IC. In variarum Reſolutionũ libros, præter voluntatem Ioannis Keerbergij Typographi Antuerpienſis, intra decennium vllo modo imprimat, aut alibi excuſa, in ſuas ditiones importet, venaleue habeat. Qui ſecus faxit, confiſcatione librorum, & alia graui pœna mulctabitur; vt latiùs patet in litteris datis Bruxellæ XXVI. Februarij Anno cIↃ. IↃc. x.

Signat.

De Witte.